

Stephan Hein

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis M. Stephanus Hein, Ebr.
Lingu. Professor. Ad Exequias Funebres, Quas Matronae ... Elisabethae Weltzins,
Hodie circa primam Filia moestissima, Eva Schmiedes/ in templo Johannis
paratas cupit, Omnes omnium Ordinum Cives Academicos officiose ac amanter
invitat**

Rostochii: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777133784>

Druck Freier  Zugang



2

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
Academiae Rostochiensis
M. STEPHANVS HEIN,
Ebr. Lingu. Professor.
AD EXEQUIAS FUNEBRES.
Quas
MATRONÆ HONESTISSIMÆ
ELISABETHÆ
WELTZINS,

Hodie circa primam Filia modestissima,
EVA SCHMIDES / in tem-
plo Johannis paratas cupit,

Omnes omnium Ordinum Cives Academicos
officiose ac amanter invitati.



ROSTOCHII,

NICOLAI KILI, Academia Typographi.

ANNO Ære Christianæ M. D C. XLIII.

44.

LB FP Weltz, Elisabetha 1643

ANNAESEN
B
SIEPHANIE HEIN
EPITAPHE
WELTENS
EFISABETH

Hodie ob der pietatis Liliis morejus
EAV GADAM 36066
to lonten pastores eber
Quam amissum O quam Cis amissum



ROZTOCHI
VICOZKI KITIA
MAY 16 1700
MAY 16 1700



Veluti nauticæ cohortis pubes navem ornare studet floreo serto, cum feliciter redux portum attingit, vota quasi Æolo Patri Dijsq; littoralibus solvens. Sic nos, dum per hoc tumultuans mundi pelagus cursu citato ad certæ salutis vadum patriamq; cœlestem properamus, congratulatione rite donandi, nec lessò inani aut lacrymis sumus urgendi. Et quemadmodum navita nihil acrius vovet, nisi ut portum speratum ociore vento capessat : sic nos qui per lubricas mortalitatis ambages ad alta sedis æternæ culmina scandimus , nihil ardentius exoptare debemus quam ut celeri ac felici cursu veræ beatitatis portum assequamur, quem qui assequitur legemq; mortalitatis absolvit , beatus est ac

A 2

omni

omni amplius liber metu: De tali jam sorte
gratulari debemus piè defunctæ matronæ
ELISABETHÆ WELTZINS, quæ luce hac
communi donata est in Megapoli zu Sam-
mit / Anno 1560. Patre Viro Nobilissimo ac
Strenuo Dn. CHRISTOPHORO WEL-
TZIN, hereditario auff Sammit vnd Ram-
menhagen / matre itidem nobilitate generis
& virtutum decore conspicua EMEREN-
TIA von der Osten / viri quondam Strenui &
Nobilis Jürgen von der Osten auff Bassaln zum
Arenshagen / Hinzenhagen vnd Lubs filia.
Majores non minus, seu paternam, seu ma-
ternam species familiam, Nobilitatem, gene-
rissq; splendore excelluerunt. Ab hisce pa-
rentibus cum piè & honestè educata, & ad
virtutes œconomicas probè instituta ac se-
dulò assuefacta esset, anno ætatis 36. Viro Pru-
dentissimo & Doctissimo DN. HENRICO
Ansels Notario publico, Judici & senatori
Oppidi Krackow in matrimonium cessit, quô
cum annos duodecim in summo animorum
consensu, in amoris conjugalis ardore, in
illa fide & sinceritate, quâ ceu glutine se in-
vicem

vicem fuere complexi, transegit, eumq; duarum filiarum parentem fecit. E quibus una, Eva scilicet, ad maturiorem peruenit etatem & primum nuptui est data D N. P E T R O SCHRÖDERI / senatori quondam Ribbenicensi, ex quo unum suscepit filium D N. M. JOACHIMUM SCHRODERUM, Pastorem ad D. Georgium vigilantissimum, Spartam Ecclesiasticam pessimè exornantem, amicum nostrum colendum, quem ut supremus Vitæ Arbitrus, in Ecclesiæ honorem animarum salutem diutissimè ac felicissimè consortio viventium interesse patiatur, ardenter exoramus, Illo verò Dn. PETROSCHRODERI ad cœlestem commigrante vitam, ad secunda, DEO dispensante, transit vota, ac D N NICOLAO Schwerborn Senatori itidem quondam Ribbenicensi connubiali fœdere juncta fuit. Quo itidem orbata, Civi & mercatori hujus Urbis primario D N. Hans Schmieden in matrimonium cessit, quod ut DEUS ter Opt. Max. diuturnum esse jubeat ac clementer secundet animitus precamur. Vi-
tam hæc nobilissima matrona, ut Christianam

A 3

debet

decet instituit, concionibus sacris assiduo &
attente audiendis, Cœnæ sacræ usu crebriori
& precibus ad DEUM indesinenter fundendis
nemini cedens, ac proinde, quia Dœo placuit,
in crucis etiam Schola solerter se dare coacta
est, præsertim hisce exulceratissimis, ubi Bel-
lum passim dominatur, temporibus. Sub
vitæ finem per semiannum fere lecto affixa,
semper cor suum flectebat ad illam magnam
Mundi Mentem, verbo DEI sese oblectans,
ac præcipue illô Jobi dicto. *Novi quod Re-
demptor mens vivit Ec.* quotidieq; à suavissi-
mo suo Nepote Viro Rever. & Claris: D.N.
M. JOACHIMO SCHRÖDERO, so-
lenni benedictionis formulâ sibi benedici
expetens, exoptabat quolibet puncto exple-
re legem mortalitatis suæ, magno senio con-
fecta matrona, imitata nautas in patenti Ae-
geo deprehensor, qui nihil acriori prece fla-
gitant, nisi quam citissime portum contin-
gant: imitata viatores, itineris lassos, qui o-
cium Divos rogant, optantq; avitas revisere
domos. Heu nos egena sanitatis ac consilij
pectora! qui formidamus mortem! auspi-
cium

cium veri boni: portum salutis: quietis aram:
sublevamen ab infortuniis: Non formida-
bat ipsam hæc honestissima Matrona, sed de
ipsa tam pacatè tam quietè disponebat, ut de
alienâ credidisses agere. Paulatim sopieban-
tur sensus: hebescabat vox: evanescebant
vires, & piissimus ille Spiritus solitus vincu-
lis, emergens è tenebris, relinquens concre-
tum & mortale Corpus, nactus liberum Cæ-
lum , in illam sempiternam domum trium-
phans evolavit, sine impatientiâ, sine strido-
re aut fremitu, quasi placidissimo somno so-
pitus, nonâ hujus mensis inter secudam &
tertiam pomeridianam, dum prolixum ra-
rumq; hoc tempore octuagesimum tertium
annum compleveret quatuor liberorum ve-
neranda Mater. Corporis ejus exuviae
hodie ad horam primam dormitorio infe-
renrur, quas ut Academiæ Cives eodem de-
ducendas frequentiâ sua cohonestare velint,
officiosè ac amanter rogamus, minimè dubi-
tantes, quin omnes boni hoc benivolentiæ
documentum piè defunctæ matronæ suâ
sponte sint exhibituri , ac Ecclesiam, Rem-
publ. literariam & civilem, adeòq; & se ipsos

Deo

Deo Optimo Max: calamitoso hodiernō to-
tius Germaniæ hujusq; Provinciæ statu , de-
votissimis precibus commendaturi. Con-
ventus fiet in templo Mariano. P. P. Sub-
Sigillo Universitatis die 13 Maij,

Anno 1643.



Deo

vicem fuere complexi, transseg-
rum filiarum parentem fecit.
Eva scilicet, ad matuorem pe-
& primū nuptui est data D N
Schröderi / senatori quondam
si, è quo unum suscepit filium I
CHIMUM SCHRODER
rem ad D. Georgium vigilantis-
tam Ecclesiasticam pijissimè
amicum nostrum colendum, qu-
mus Vitæ Arbiter, in Ecclesiæ h-
marum salutem diutissimè ac fel-
sorrio viventium interesse patiat
exoramus, Illo verò Dn. P E T R
D E R N ad cœlestem commigr-
ad secunda, D E O dispensante,
ac D N NICOLAO Schwerb
itidem quondam Ribbenicensi
sœdere juncta fuit. Quō itidem o
mercatori hujus Urbis primario
Schmieden in matrimonium cest
DEUS ter Opt. Max. diuturnum
clementer secundet animitus pr
tam hæc nobilissima matrona, ut

A 3

